

ab ullo, pro re quavis, in ipsorum utilitatem facta accipere, permittat. *Const. pars 4. cap. 15. §. 4. Vol. I. pág. 398.*

(109) (Pág. 206.) *Véase la Nota 97.*

(110) (Pág. 208.) Sublovet (*Magister*) tenuiores, aegrotos invisat, protegat destitutos; seduli patris, ac pia matris viscera in omnes expromat, praesertim in advenas et egentes *Juvenicii. Ratio discendi et docendi. Editio nova Avenione 1825. pág. 179.*

(111) (Pág. 208.) In id incumbat (*Magister*) ut suos alumnos probe norit, et quid cujusque ferat conditio, ingenium, aetas, indoles exploratum habeat. *Ibid. pág. 180.*

(112) (Pág. 208.) Ita sit accuratus in officio exigendo, ut morosa severitas absit. *Ibid. pág. 179.*—Non omnia exigat ab omnibus. *Ibid.* Laudet conatum, ubi rem non potest. *Ibid.*—Boni Institutoris munus ... adjuvare quae in quoque discipulo invenerit bona, adjicere quae desunt, emendare quaedam ac mutare. *Ibid.*

(113) (Pág. 209.) Nihil praecipiti ductus animi aestuantis impetu aggrediatur, omnia secum, et cum ipso prius DEO mature deliberet. *Ibid. pág. 180.*

(114) (Pág. 209.) Illam (*auctoritatem*) religioso Praeceptor tria maxime conciliant. 1.º Si operam det ut magni a discipulis fiat... 2.º Si curet ut ab iisdem suis discipulis ametur... Tertium auctoritatis comparandae caput est, ut Magistrum discipuli timeant. *Ibid. pág. 176. 177. et 179.*

(115) (Pág. 212.) *Véase el Capitulo único de la décima Parte que tiene por título: De modo quo conservari, et augeri totum corpus Societatis in suo bono statu possit. Vol. I. pág. 445.*

(116) (Pág. 212.) Quod juvat ad unionem membrorum hujus Societatis inter se, et cum suo capite, multum etiam ad conservationem boni status illius juvabit. *Ibid. §. 9. pág. 447.*—Conferet etiam... ut demum omnes observationi Constitutionum studeant. *Ibid. §. 13.*—Juverit etiam... ac bonus odor qui veritati bonorum operum innitatur. *Ibid. §. 12.*—Ad eundem finem (*Societatis conservationem*) faciet... amor, et caritas omnium etiam externorum... praesertim quorum voluntas bene aut male in nos affecta multum habet momenti, ut aditus ad divinum obsequium, et animarum auxilium aperiatur vel pracludatur. *Ibid. §. 2.*—In Constitutionibus, quae ad neutrum rigoris vel dissolutionis vergant, ut sic melius observari possint, mediocritas conferet ad durationem, et totius corporis in suo statu conservationem. *Ibid. §. 10.*

(117) (Pág. 213.) Quod juvat ad unionem... est in primis voluntatum vinculum, quod caritas est, et mutus amor, quem crebra communicatio, et rerum mutua notitia, eadem doctrina, et in omnibus, quantum fieri potest, uniformitas nutriet. Sed in primis id praestabit obedientiae vinculum, quod

particulares cum suis Praepositis, et hos ipsos inter se et cum Provincialibus, et utrosque cum *Generali uniet*, ita ut inter omnes diligenter subordinatio servetur. *Ibid. §. 9.*

(118) (Pág. 213.) Ad majorem in spiritu profectum, et praecipue ad majorem submissionem, et humilitatem propriam, interrogetur (*qui ingredi vult*) an contentus sit futurus, ut omnes errores, et defectus ipsius, et res quaecumque quae notatae in eo, et observatae fuerint, Superioribus, per quemvis qui extra confessionem eas acceperit, manifestentur. *Exam. cap. 4. §. 8. Vol. I. pág. 347.*

(119) (Pág. 213.) Ut melius secundum DEI voluntatem hujusmodi Missiones fiant; his et non illis mittendis, vel his ad hoc manus, illis vero ad alia; non solum refert valide, sed sumopere, ut Superior plenam habeat notitiam propensionum, ac motionum animi, et ad quos defectus vel peccata fuerint, vel sint magis propensi et incitati, qui sub ejus cura sunt: ut ejus rei habita ratione melius ipsos dirigere possit; *nec supra mensuram virium suarum in periculis, vel laboribus gravioribus, quam in Domino ferre suaviter possint, constituat. Ibid. §. 55. pág. 350.*

(120) (Pág. 213.) Ex parte ipsorum (*qui in Societate cooptantur*) ligati (*sunt*)... nihilominus Societas, vel ejus Superior, qui commune bonum debet intueri, cum eorum opera ad majus DEI obsequium se non juvari, sed contra potius accidere cerneret, eos dimittere, et a sua Congregatione separare potest. *Ibid. cap. 6. §. 8. pág. 355.*

(121) (Pág. 213.) Conservetur benevolentia Sedis Apostolicae... deinde Principum saecularium... quorum favor, aut alienatio animi multum facit, ut ostium divino servitio, et bono animarum aperiatur, vel pracludatur. *Const. pars 10. cap. unic. B. Vol. I. pág. 448.* Juverit etiam moderatus et prudens usus gratiarum per Sedem Apostolicam concessarum, solius auxilii animarum sine sincerissime nobis proposito. *Ibid. §. 12. pág. 447.*

(122) (Pág. 213.) *Véase el Prefacio de las Declaraciones donde este artículo es tratado con extension; se halla al frente de las Constituciones Vol. I. pág. 357.*

(123) (Pág. 216.) Filiis suis, ut convenit, compati noverit, (*Generalis*) *Const. pars 9. cap. 2. §. 4.* cui titulus, *qualis esse debeat Praepositus Generalis.*—Conferet secum viros, qui concilio poleant, habere, quorum opera in iis, quae statuenda sunt... uti possit. *Const. pars 8. cap. 1. G.*

(124) (Pág. 216.) Vir sit (*Generalis*)... in omni virtutum genere exemplum... ac praecipue in eo *splendor caritatis*... sit conspicuus. *Const. pars 9. cap. 2. §. 2. Vol. I. pág. 435.* Omni *benevolentia*, et *modestia*, et *caritate* in Domino utatur (*Generalis*). *Const. pars 8. cap. 1. G. Vol. I. pág. 426.* Didicerit *rectitudinem*, ac *severitatem* necessariam

cum *benignitate* et *mansuetudine* miscere... eo modo se gerendo, ut etiam qui reprehenduntur... agnoscat nihilominus quod recte in Domino, et cum *caritate* ille suum officium faciat. *Const. pars 9. cap. 2. §. 4. Vol. I. pag. 435.* Advertendum, quod primo in *caritate*, ac *dulcedine*, qui peccant, sunt admonendi. *Const. pars 3. cap. 4. N. Vol. I. pag. 375.*

(125) (Pág. 216.) Conferet etiam, circumspecte, et ordinate praecipere... ita ut subditi se potius ad *dilectionem* majorem, quam ad timorem suorum Superiorum possint componere. *Const. pars 8. cap. 1. G. Vol. I. pag. 426.* Ut in spiritu *amoris*, et non cum perturbatione timoris procedatur, curandum est. *Const. pars 6. cap. 1. Vol. I. pag. 407.*—In spiritu *caritatis* in omnibus procedant. *Ibid. pag. 408.* Superiores *suavi* ac *paterna* imperandi ratione utentes... *leniant* ipsi difficultates. *Instruct. ad Super. cap. 4. §. 3. Vol. II. pag. 296.* Necesse est, ut magna cum *caritate*, ac *longanimitate* illius... curam gerat (*Superior*) quem Dominus ejus fidei commisit. *Ibid. §. 6. pag. 292.* Imitetur in gubernatione *caritatem*, *mansuetudinem* et gubernationem Christi Domini Nostri... *non dominans*, sed forma factus gregis ex animo. *Cap. 4. §. 3. Vol. II. pag. 78.* *Dilectionem* et *curam* suorum praesefereudo, *modeste* et circumspecte praecipiendo, ita *amabilem* se reddat, ut omnes fidenter ad illum recurrere possint. *Ibid. §. 4.* Crebro et magna caritatis significatione alloquatur subditos, eorumque necessitatibus... *paterno* animo prospiciat. *Cap. 3. §. 25. Vol. II. pag. 100.*

(126) (Pág. 217.) Juret unusquisque, priusquam det (*suffragium*) quod eum nominat, quem sentit in Domino magis idoneum. *Const. pars 8. cap. 6. §. 6. Vol. I. pag. 451.*

(127) (Pág. 219.) Si acciderit, ut valde negligens vel remissus esset in rebus magni momenti ad Praepositi officium pertinentibus, propter corporis gravem aegritudinem, aut senium, spe emendationis ea parte sublata, unde multum detrimenti publicum bonum pateretur; tunc enim Coadjutor, vel Vicarius, qui Generalis officio fungatur, est eligendus. *Const. pars 9. cap. 4. núm. 6. pag. 459.*

(128) (Pág. 220.) In iis quae ad sumptus et curam corporis ejus, et res alias minus graves pertinent, Congregatione opus non est: sed ut Societas viros quatuor et Assistentes qui discretione ac zelo communis boni Societatis polleant, constituat. *Const. pars 9. cap. 5. núm. 2. Vol. I. pag. 440.*

(129) (Pág. 220.) Habet ergo Societas cum Praeposito Generali (et idem cum inferioribus fieri posset) aliquem, qui accedens ad DEUM in oratione, postquam divinam bonitatem consuluerit, et aequum esse id judicaverit, cum modestia debita ac humilitate, quid sentiat in ipso Praeposito requiri ad majus obsequium, et gloriam DEI, admonere teneatur. *Const. pars 9. cap. 4. núm. 4. Vol. I. pag. 459.*

(130) (Pág. 220.) Sexta (*res in qua Societas auctoritatem, et providentiam habere debet erga Generalem*) locum haberet in quibusdam casibus... Cujusmodi essent... ex redditibus Collegiorum aliquid ad proprios sumptus assumere, vel cuius extra Societatem donare, vel alia stabilia dona Domorum aut Collegiorum alienare... si quid ergo horum accideret, potest, ac debet Societas (si de re sufficientissime constaret) eum officio privare. *Ibid. §. 7. pag. 440.*

(131) (Pág. 221) De iis vero quae Societati ita relinquuntur, ut ipsa pro suo arbitratu ea disponat... idem Generalis disponere poterit, aut vendendo, aut retinendo, aut huic, vel illi loco id quod ei videbitur applicando, prout ad majorem DEI gloriam senserit expedire. *Ibid. cap. 3. §. 6. pag. 457.*—In evidentem tamen Domorum, et Collegiorum hujusmodi utilitatem. *Vol. I. pag. 60.*—Transferre, vel dissolvere Domos, vel Collegia jam erecta, aut in usum Societatis Professae reditus eorum convertere, Praepositus Generalis, ut in quarta parte dictum est, non poterit. *Ibid. §. 18. pag. 458.* Alienare autem, aut omnino dissolvere Collegia, vel Domos jam erectas Societatis, sine Generali ejus Congregatione, Praepositus Generalis non poterit. *Ibid. §. 5. pag. 457.* Altera causa (*pro qua Congregatio Generalis fieri debet*) est cum deliberari oportebit de rebus perpetuis, ac magni momenti: quales essent verbi gratia Collegia vel Domos dissolvere, aut alio transferre, vel res admodum difficiles ad universam Societatem spectantes; vel rationem procedendi in illa, pertractare ad majus divinum obsequium. *Const. pars 8. cap. 2. §. 2. Vol. I. pag. 427.* Ut in genere dicatur hujus *superintendentiae* executio penes Praepositum Generalem erit. *Const. pars 4. cap. 10. §. 2. Vol. I. pag. 392.*

(132) (Pág. 222.) Praepositus Generalis auctoritate sua ordinaria, Constitutiones et Decreta generalia declarare potest; hae tamen declarationes *non habent vim legis universalis*, sed valent tantum ad praxim bonae gubernationis; cum Congregatio generalis, *cujus est leges condere*, sit etiam eas hoc modo declarare. (*) *Can. 21. Congreg. IV. Vol. I. pag. 743.*

(133) (Pág. 222.) Refert... si Praepositi particulares in sibi subditos, et Generalis in particulares, ac contra Societas in Generalem (ut in nona parte declaratum est) multum potestatis habeant: *ita ut omnes ad bonum omnia possint; et si*

(*) *El Señor Procurador general en el Parlamento de Rennes, queriendo probar que el General tiene toda autoridad en la Compañía, cita el mismo texto, mas deteniéndose en estas palabras declarar potest. ¿qué cosa no se probará con semejante modo de citar?*

male agerent, omnino subjecti sint. *Const. pars 10. cap. unic. §. 8. Vol. I. pág. 447.*

(134) (Pág. 225.) *Vease el capitulo IV. de la novena parte de las Constituciones, que tiene por titulo: De la Jurisdiccion y vigilancia que la Compania debe ejercer sobre el General: De auctoritate vel providentia quam Societas habere debet erga Praepositum Generalem. Vol. I. pág. 459.*

(135) (Pág. 227.) Constat rarius congregandam universam Societatem, si Praepositus ad vitam eligitur. *Ibid. cap. 1. C. pág. 454.*—Propterea quod experientia, et in gubernando exercitatio, et hominum particularium notitia, et erga eosdem auctoritas confert magnopere ut bene hoc munus obeat; ad vitam, et non ad tempus aliquod praescriptum, erit eligendus. *Ibid. §. 1.*—Facilius est unum idoneum, quam plures, ad hoc munus invenire. *Ibid. A.*—Praeter rationes quae in hac Constitutione attinguntur, ut Generalis ad vitam constituatur, sunt et aliae. Una est, quod longius recedet omnis cogitatio et occasio ambitionis, quae hujusmodi officiorum pestis est, quam si certis temporibus esset eligendus. *Ibid.*

(136) (Pág. 228.) Si aliquae ex dotibus superius dictis deessent, certe non desit *eximia probitas.... ac iudicium bonum.* *Const. pars 9. cap. 2. §. 10. Vol. I. pág. 456.*

(137) (Pág. 228.) Quae de obedientia diximus, aequae privatis erga proximos Superiores; atque Rectoribus, Praepositisque localibus erga Provinciales, Provincialibus erga Generalem; Generali denique erga illum, quem DEUS ipsi praefecit, nempe suum in terris Vicarium, observanda sunt. *Epist. S. Ignat. de virt. Obed. num. 20. Vol. II. pág. 166.*

(138) (Pág. 228.) *Ibid. pág. 162.*

(139) (Pág. 228.) *Vease la Nota 49.*

(140) (Pág. 250.) Generatim loquendo, in rebus omnibus, quae ad propositum Societatis finem, perfectionis, et auxilii proximorum, ad gloriam DEI faciunt, omnibus praecipere in virtute obedientiae possit. Et quamvis aliis inferioribus Praepositis, vel Visitoribus, vel Commissariis suam facultatem communicet, poterit tamen approbare, vel rescindere, quod illi fecerint. (*) *Const. pars 9. cap. 3. §. 20. Vol. I. pág. 438.*

(141) (Pág. 250.) Generalis, cum neque in suum, nec in ullorum consanguineorum suorum, nec in Professae Societatis

(*) *Es mas que evidente, que este texto no trata sino de la administracion de lo espiritual, y que los Contratos no pueden ser su objeto, ni directo, ni indirecto, a menos que no se pongan estos en la clase de los medios propios para la perfeccion religiosa y auxilio del prógimo, en lo que conduce á la gloria de Dios: cosa que solo puede pensar una malignidad sin ejemplo.*

usum bona temporalia Collegiorum possit convertere; eo purius sese in eorum superintendencia ad majorem gloriam, et servitium DEI gerere poterit. *Const. pars 4. cap. 2. §. 5. Vol. I. pág. 381.*

(142) (Pág. 250.) *Vease la Nota 5.*

(143) (Pág. 251.) Praeter id autem, quod ad Constitutiones, et dissolutionem, vel alienationem Collegiorum pertinet, universa potestas.... penes Praepositum Generalem erit. *Const. pars 4. cap. 10. §. 2. Vol. I. pág. 392.*

(144) (Pág. 251.) Praepositus Generalis eam (Congregationem) convocabit, praeterquam in illis qui in nona exprimuntur (Conventibus in quibus de iudicando Generali agitur). *Const. pars 8. cap. 4. §. 2. Vol. I. pág. 429.*

(145) (Pág. 251) Quod in universum in sexta parte, capite tertio, dicitur, eos, qui de Societate sunt, negotiis saecularibus, licet pia alioqui essent, implicari non debere: id Generali magis, quam reliquis omniibus convenit. *Const. pars 9. cap. 6. §. 4. Vol. I. pág. 442.*

(146) (Pág. 251) Ut locus magis conveniat ad communicationem capitis cum suis membris, conferre plurimum potest, ut Praepositus Generalis, magna ex parte Romae resident: ubi cum omnibus aliis locis Societatis faciliore utetur commercio. *Const. pars 8. cap. 1. §. 7. Vol. I. pág. 424.*

(147) (Pág. 253.) Praeclaro intellectus, ac iudicii dono polleant. *Const. pars 9. cap. 2. §. 6. Vol. I. pág. 455.* Omnium (dotum quae in Generali requiruntur) prima haec erit; ut cum DEO, ac Domino nostro, quam maxime conjunctus... sit. *Ibid. §. 1.*

(148) (Pág. 258.) Ex impedimentis ad admissionem, nonnulla eos qui vellent ingredi, omnino excludunt: qui rationes efficaces ad id in Domino movent. Ea vero hujusmodi sunt: Aliquando a gremio Sanctae Ecclesiae abscesisse, fidem abnegando inter Infideles, vel incidendo in errores contra eam. *Const. pars 1. cap. 3. §§. 2. et 3. Vol. I. pág. 361.*

(149) (Pág. 258.) Quamvis per publicam sententiam quis condemnatus non fuerit, si tamen ejus error publicus extitisset, ac vehementer suspectus esset.... admitti non debet. *Ibid. A. pág. 362.*

(150) (Pág. 258.) Philosophiae Professores (nisi gravissima necessitas aliud exigat) oportet non modo cursum Theologiae absolvisse, sed eandem biennio repetisse, ut eorum Doctrina tutior esse possit, magisque Theologiae deserviat. Si autem fuerint ad novitates prona, aut ingenii nimis liberi, hi a docendi munere sine dubio removendi. *Rat. Stud. Reg. Prov. 16 Vol. II. pág. 171.*

(151) (Pág. 259.) Inter caetera, ad quae ejus intentio feratur, illud sit, ut Versionem ab Ecclesia approbatam defendat. *Rat. Stud. Reg. Profess. ling. Hebr. 2. Vol. II. pág.*

484. et Reg. Profess. S. Script. 2 pág. 485.—Nihil anti-
 quius habeat, quam ut prima ipsa Sanctae Scripturae verba
perquam integra fide interpretetur. *Ibid.* Reg. 1.—Intelligat
 suas partes esse, divinas litteras, juxta germanum, littera-
 lemque sensum, qui rectam in DEUM fidem, honorumque
 morum instituta confirmet, pie, docte, et graviter explicare.
Ibid. Reg. 1. Vol. II. pág. 485.—Nec ea vicissim praeter ea,
 quae Latinae Editioni Vulgatae, *fideique* nostrae mysteriis
 valde faveant. *Ibid.* Reg. 5.—Sanctorum Patrum vestigiis re-
 verenter insistat. *Ibid.* Reg. 7.

(152) (Pág. 239.) Sui muneris esse intelligat solidam dis-
 putandi subtilitatem ita cum *Orthodoxa fide*, ac pietate con-
 jungere, ut huic in primis illa deserviat. *Reg. Profess.*
Scholastic. Theolog. 1. Vol. II. pág. 184.—In docendo cor-
 roborandae primum Fidei, alexandaeque pietatis cura habeatur.
Ibid. Reg. 5. pág. 185.—Nec receptas jam, quamvis congruen-
 tes tantum rationes, quibus Fidei res probari solent, refel-
 lant; *nec temere novas excogitent*, nisi ex constantibus soli-
 disque principiis. *Ibid.*—Quare in iis quaestionibus, quas S.
 Thomas ex professo non tractat, nemo quidquam doceat, quod
 cum *Ecclesiae sensu*, receptisque Traditionibus non bene
 conveniat. *Ibid.*

(153) (Pág. 239.) Censuras librorum ad ea maxime diri-
 gent, quae in Ratione Studiorum praecipuntur, in regulis
 communibus, videlicet Praeceptorum Facultatum Superio-
 rum 5. et 6. Professoris Scripturae 1. 2. 6. 8. 10. 11. Profes-
 soris Scholasticae Theologiae 2. 3. 4. 5. et Professoris Philo-
 sophiae 2. et 3. Reg. Revis. 6. Vol. II. pág. 62.—Ut appro-
 betur à Revisoribus opinio aliqua, non sufficit quod idonei
 alicujus Auctoris sit; requiritur insuper, ut non sit *contra*
Doctorum axiomata, communemque Scholarum sensum. *Ibid.*
 —Non solum admitti nihil debet, quod *Fidei*, pietatique
 christianae non prorsus congruat; sed neque aliud quidpiam
 quod alios merito *possit offendere*, vel Societatis *existimatio-*
nem, Religiosamque circumspectionem decedere videatur (*)
Ibid.

(*) *No se diga que la Compañia faltó á esta sapientísima*
Regla sosteniendo la Obra del P. Molina en la famosa contro-
versia de Auxiliis. Su doctrina no era nueva, sino tomada de
los Concilios y de los escritos de los antiguos PP. y DD.:
asi lo protestó el Autor y lo probaron sus defensores ante Cle-
mente VIII. y Paulo V. En consecuencia ella fué aprobada
en juicio contradictorio, con unanimidad de votos aun de los
PP. Dominicos, en la Suprema Inquisicion de Portugal y tam-
bien en España, defendida por muchas Universidades y sugu-
tos célebres, y autorizada su enseñanza por la Encíclica del
mencionado Paulo V. Si en esta causa hubo algunas faltas de

(154) (Pág. 240.) Sexta (*causa dimittendi Generalem*)
 pravam Doctrinam habere. *Const. pars 9. cap. 4. §. 7. Vol.*
I. pág. 440.

(155) (Pág. 241.) Doctrina exacta, et solida diligenter
 curanda est. *Const. pars 10. cap. 1. unic. §. 3. Vol. I. pág.*
 446. Quod ad intellectum attinet, *Doctrina sana (ornari de-*
bent.) Const. pars 1. cap. 2. §. 6. Vol. I. pág. 360. Pars 3.
cap. 1. §. 2. pág. 370. Doctrinae soliditas et uniformitas,
 quam Constitutiones requirunt, in Societate conservetur. *Vol.*
II. pág. 61. et Congr. V. Decret. 56. Vol. I. pág. 560.

(156) (Pág. 241.) Sequantur in quavis Facultate *securio-*
rem et magis approbatam Doctrinam, et eos Auctores, qui
 eam docent. *Const. pars 4. cap. 5. §. ult. Vol. I. pág. 385.*
et Congr. V. Decret. 56. Vol. I. pág. 560.—Nec aliquid
 contra Doctorum axiomata *communemque Scholarum sensum*
 doceat. *Reg. Profes. Fac. sup. 6. Vol. II. pág. 184.*

(157) (Pág. 241.) Texendum elenchum (*Congregatio cen-*
set) *sententiarum in Morali periculosarum*, exquisito pri-
 mum Provinciarum sensu de sententiis, quae apud singulas
 scándalum, aut *offensionem* aliquam habent adjunctam, eum-
 que mittendum ad singulas, et in singulis examinatum, ite-
 rumque Romae recognitum, ac probatum, rite communican-
 dum omnibus. *Decret. 22. Congreg. XI. art. 4. Vol. I. pág.*
 642. *Deer. 5. Congr. XIV. Vol. I. pág. 670.*—Nec illi
 (libri) sunt attingendi, quorum Doctrina, vel Auctores *sus-*
pecti essent. *Pars 4. cap. 14. §. 1. Vol. I. pág. 397.* Quamvis
 liber suspicione malae Doctrinae vacet, cum tamen *suspectus*
 est Auctor, legi eum non convenit; solet enim opus in causa
 esse, ut qui legit ad Auctorem afficiatur, et auctoritas, quam
 apud ipsum habet, in iis quae bene dicit, potest postmodum
 aliquid persuadere, ex iis quae male dicit. *Declar. cap. 14. pars*
4. A. Vol. I. pág. 397. Ad evitandam laxitatem nimiam in opi-
 nionibus moralibus observentur diligenter sequentia, *ect.*
Can. 4. Congreg. XI. Vol. I. pág. 730. et Deer. 22. ejusd.
pág. 642.—Superiores autem, si quos novitatum amantes, aut
 parum cautos in docendo compererint, la munere docendi
 amoveant, speque omni illius privent; poenis etiam alijs, si
 opus esse senserint, coerceant. *Can. 4. Congr. XI. Vol. I.*
pág. 730. Ipsos etiam Superiores, si quando in cohibenda li-
 beriori illa opinandi licentia negligentiores fuerint, severe
 puniat. *Congreg. XII. Decret. 28. Vol. I. pág. 656.*

circumspeccion religiosa, y se dieron por ofendidos sus adver-
sarios, como lo manifiestan las actas que compusieron, condena-
das por apócrifas, la culpa no estuvo en los Jesuitas, que sos-
tuvieron una doctrina, en opinion de un sabio Augustiniano:
 Valde sanam, et per omnia conformem Sancto Patri Augus-
 tino.—T.

- (158) (Pág. 241.) *Declar. in cap. 14. part. 4. Constit. §. 1. Vol. I. pág. 397. Et Reg. Prov. 34. Vol. II. pág. 175.*
- (159) (Pág. 241.) In librorum (praesertim moralium) editione operatur Censorum fides, ut *severos se potius, quam molles exhibeant. Can. 4. Congr. XI. §. 2. Vol. I. pág. 750.*
- (160) (Pág. 242.) R. P. Generalis rogavit Congregationem, placeret ne... declarare quantum Societas universa *abhorreat, et semper abhorruerit ab omni opinione tam novitate in omnibus, quam praesertim laxitate in moralibus; gratum habuit Congregatio tam Sanctum P. nostri zelum, etc. Decret. 5. Congr. XIV. Vol. I. pág. 670.*
- (161) (Pág. 244.) Idem sapiamus, idem, quoad ejus fieri poterit, dicamus omnes, juxta Apostolum. *Pars 3. cap. 1. §. 18. Vol. I. pág. 372.*
- (162) (Pág. 244.) In iis etiam, in quibus nullum fidei, pietatisque periculum subest, nemo in rebus alicujus momenti novas introducat quaestiones; nec opinionem ullam, quae idonei nullius auctoris sit, iis, qui praesunt inconsultis; nec aliquid, contra Doctorum axiomata, communemque Scholarum sensum doceat: sequantur potius universi *probatos maxime Doctores, et quae, prout temporum usus tulerit, recepta potissimum fuerint in Catholicis, Academiis, Reg. Profess. Facultat. Sup. 6. Vol. II. pág. 181.*
- (163) (Pág. 247.) *Reg. 6. Professorum Facult. Super. Vol. II. pág. 181.*
- (164) (Pág. 247.) *Const. pars 8. cap. 1. §. 8. Vol. I. pág. 424.*
- (165) (Pág. 247.) Ubi nec fidei doctrina, nec morum integritas in discrimen adducitur, prudens caritas exigit, ut nostri se illis accommodent cum quibus versantur. *Rat. Stud. Vol. III. pág. 185. Et Congr. V. Decret. 41. Vol. I. pág. 553.*
- (166) (Pág. 250.) Interrogetur, an habuerit, vel habeat conceptus aliquos, vel opiniones ab iis differentes, quae communius ab Ecclesia, et Doctoribus ab eadem approbatae tenentur: et si quando hujusmodi opiniones animam subierint, num paratus sit ad iudicium suum submittendum sentiendumque, ut fuerit constitutum in Societate, de hujusmodi rebus sentire oportere. *Exam. cap. 3. §. 11.*
- (167) (Pág. 250.) Locum Examinis cap. 3. §. 11. ubi habetur, num paratus sit ad iudicium suum submittendum, sentiendumque, ut fuerit constitutum in Societate, de hujusmodi rebus sentire oportere, intelligendum esse de his rebus, in quibus locum habet opinio, ut patet ex verbo opinionis, et ex verbo communius (quod hispanice est comunmente) hoc est, ut plurimum. *Decr. 50 num. 2. Congreg. V. Vol. I. pág. 556.*
- (168) (Pág. 250.) Quia non raro controvertitur, quae sit, aut non sit Doctrina nova, et communi sensui Scholarum,

- seu Doctorum contraria; unde nascitur contentio inter Praefectum Studiorum et Magistrum: ad tollendum hoc impedimentum... Rector inquirat iudicium trium, vel quatuor Doctorum Patrum, idque singulatum, et secreto: quorum si major pars putaverit, justam esse Praefecti contradictionem, efficiat Rector, ut Magister illius se iudicio omnino submittat: et è converso, si illi Doctrinam Magistri provaverint, nemo huic negotium facessat. Ut vero minimum suspectum sit iudicium istorum Patrum, eligantur qui minime propensi existimantur esse ad novitates, sed ad Praefectum, et Magistrum aequaliter affecti. *Vol. II. pág. 252 et 255.*
- (169) (Pág. 251.) Cum iis qui adhuc litteris operam non dederint, curandum est, ut omnes (ut plurimum) eandem Doctrinam, quae in Societate fuerit delecta, ut melior, et convenientior nostris, sequantur. *Declar. in cap. 1. part. 8. Constit. §. 1. K. Vol. I. pág. 426.*
- (170) (Pág. 251.) Sequantur in quavis Facultate *securiorem, et magis approbatam Doctrinam, et eos Auctores, qui eam docent. Const. pars 4. cap. 5. §. 4. Vol. I. pág. 385.*
- (171) (Pág. 251.) Illi praelegentur libri, qui in quavis Facultate *solidioris, ac securioris Doctrinae habebuntur: nec illi sunt attingendi, quorum Doctrina, vel Auctores suspecti sunt. Const. pars 4. cap. 14. §. 1. Vol. I. pág. 397.*
- (172) (Pág. 252.) In Theologia legetur Vetus, et Novum Testamentum, et Theologia Scholastica Divi Thomae. *Const. pars 4. cap. 14. §. 1. Vol. I. pág. 397.*
- (173) (Pág. 252.) Praelegantur etiam Magister Sententiarum. Sed si videretur temporis decursu alius Auctor Studentibus utilior futurus, ut si aliqua Summa, vel Liber Theologiae Scholasticae conficeretur, qui his nostris temporibus accommodatior videretur, gravi cum consilio, et rebus diligenter expensis per viros, qui in universa Societate aptissimi existimantur, cumque Praepositi Generalis approbatione, praelegi poterit. *Const. pars 4. cap. 14. B.*
- (174) (Pág. 254.) Idem sapiamus, idem, quoad ejus fieri poterit, dicamus omnes, juxta Apostolum. *Const. pars 3. cap. 1. §. 18. Vol. I. pág. 372.*
- (175) (Pág. 255.) *Const. pars 8. cap. 1. §. 8. Vol. I. pág. 424.*
- (176) (Pág. 255.) *Const. pars 8. cap. 1. K. Vol. I. pág. 426.*
- (177) (Pág. 257.) Praesenti decreto praecipimus in virtute sanctae obedientiae, sub poena excommunicationis, et inhabilitatis ad quaevis officia, suspensionis à divinis, et aliis arbitrio nostro reservatis, ne deinceps Societatis nostrae religiosis, publice aut privatim, praelegendo seu consulendo, multo etiam minus libros conscribendo, affirmare praesumat licitum esse CUICUMQUE personae, quocumque praetextu